

## VITA



VBLIVS Ouidius Naso Sulmoni, quæ  
urbs est in pelignis, ut ipse quoq; scribit, ex  
equestri Nasoni familia Mineruæ Quin-  
quatrijs natus est, xiiij. kalendas Apriles,  
Hirtio & Pansa consulibus, qui bello An-  
toniano apud Mutinam in pugna cecide-  
runt. Cum fratre natu maiore clarissimis, & grāmaticis, &  
rhetoribus Romæ operam dedit, ac ut patri magis obtem-  
peraret, q; quod illo studio delectaretur, legib; quidem  
incumbere cœpit, sed cum pater uita functus esset, ad hu-  
maniores musas rediit, celeberrimosq; illorum temporum  
poetas sibi conciliauit, Aemylium Macrum Veronensem,  
qui de herbis diligentissime scripsit, Ponticū qui Thebaida  
composuit. Propertium elegiarum, Bassum iamborū scri-  
ptorem, & Horatium Flaccum. Vxores treis duxit, quarū  
duas repudiauit, cū tertia cōiunctissime uixit, ex qua duas  
etiam filias suscepit. Cum uero ad Iuliam Augusti filiam sub co-  
rynnæ nomine lasciuas de amoribus elegias scripsisse de-  
prehēsus foret, in exiliū annos quinquaginta natus ab Au-  
gusto ipso fuit electus, in pontōq; relegatus, Vbi cū nouē  
annos tristissime exegisset, uita functus, Tomis (ut Eusebius  
in Chronicis scribit) fuit sepultus. Tametsi autem, & ipse  
alia quedā iactat tegēdi criminis gratia, & pleriq; aliter pu-  
tant, illam tamen quam dixi, fuisse exiliū causam ex his Si-  
donij poetæ lepidissimis uersibus aperte demonstratur.

Et te carmina per libidinosa

Notum Naso tener Tomosc; missum,

Quondam Cæsareæ nimiris pueræ

Falso nomine subditum Corynæ.

Multa nobis fœcunditatis ingenij sui monumenta reli-  
quit, partim in exilio, partim Romæ cōscripta. Nam in exi-  
lio, & de Tristibus, & de Ponto, & in Ibin, & de morte

213  
2

### A V T H O R I S.

Druſſ ad Liuiam consolationem, & duodecim Fastorum libros, quorum sex tantum extant, q̄d nuper omnes inueni ferantur, & Germanici triumphum composuit. De pſicibus opusculum inchoatum reliquit. Ante uero quam exularet, iam artem amandī emiserat. Amoris remedium, ſuos amores ad Corynnam, amatorias Heroidum epiftolas. Medeām tragoediā, quę ut ſcribit Fabius Quintiliānus, ostendere uideatur, quantum uir ille praefare potuerit, ſi in genio ſuo temperare q̄d indulgere maluiffet. Metamorphoſin, quā ſubita relegatione perturbatus emendare non posuit, id qđ ipfe his carminihus perspicue teſtatiū reliquit.

Orba parente ſuo quicunq; uolumina cernis,  
His faltem uestra detur in urbe locus.

Quocq; magis faueas, non ſunt hæc ædita ab illo,  
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.

Quicquid in his igitur uitij rude carmen habebit,  
Emendaturus, ſi licuiffet, eram.

Finis uitæ authoris,